

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiæ, 1626

I. De perennitate Virginitatis Deiparæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

Suadet I. Ita **Caluinus** in Harm. in Mat. t. 25. & Pet. Martyr in Rom. 4. 2. Cur ergo Non statuamus, Sententiam Rom. Ecclesiae esse de fide, ratio est duplex.

1. Quia, (vt Pontifici facientur:) non continetur in Scriptura, con infinite omnia saluti necessaria 2. Quia altera sententia non est contra fidem: sat enim est credere. **Christum** Natum ex **Maria Virgine**: tame si postea plures libertos ex Iosepho, vel alio sibi eriperit: sic **Ba-silius** serm. de S. generatione Christi.

3. Quia ex hoc, **Virum** non cognosco, non sequitur perpetuam Virginitatem vobis. 1. Quia nulla tunc monasteria fuerunt; nec nullum praeium exemplum.
2. Quia non verisimile eam contraxisse matrimonium sub virgo abstineni; sed contrarium potius cuincunxilla, Mat. t. *Antequam conuenirent, inuenta est.* &c ergo contraterunt, vt conuenient. Ideo & Ioseph eam duxit in domum suam, in qua & Christum concepit. 3. Quia non verisimile est Mariam vobis post initum Matrimonium, idque non ex exemplo. **Quare non Cognosco**, id est, non cognoui: non, vt Pontificij volunt, non cognoscam ex voto: est interpretandum.

II. De APERTIONE VULVA docebo te, Paroche, &c.
1. **Christus** vere & proprium vulvam aperuit Matri sua, ipsa patefacti corporu lege. Ita Patres: vt Tertius &c. Idque non solo apertoris est. tunc, quasi tam vero exi esset, ac si aperiuisset; vt Iesuita volunt. 2. Dicere, quodammodo do apertam fuisse, non est error, vel heres. Vide Maldonatum & Iansen. 3. Apertio in Maria & alii feminis differt in modo. i. in persona aperiens; non reijsa. Sic Orig. & Erasmus, contra Maldon. 4. Per apertione non est corrupta corporis Virginitas; quia non a viro, sed a Christo facta est. Ita B. Rhenanus, Iansenius. Proinde euauit doctrina Romana ab sententia Patrum.

I. De perennitate Virginitatis Deiparae?

RE S P O N D E O I. Vestrum cum Ecclesia Romana Consensum in duobus, amplectitor; et si te ipsum, tuosque cum eo mallem: at Dissensum in tribus detestor.

Verum in Dissensibus tute dissentis tibi. 1. Dum **Damas** Heluidianam Sententiam, de amissa Virginitate POSTEA: & tamen Negas eam esse contra Fidem, aut Heres.

Cur igitur, & unde damnas? Cur? An ob falsitatem? At contra quam haec erit Veritatem? Scriptura? Negas. Fidei? Consequenter negas. Nihil enim est Fidici, (iuxta Lutherocalvinianum axioma) quod Scriptura non est. At qui est sententia de re sacra, de laesa Virgin-

nitate Deiparae: cuius veritas item constare ex Doctrina sacra debet: Et hanc quavis in contiouerbia esse negatis aliam, nisi Verbum Scriptum. Quare, *Vel* ex hoc liquere oportet falsitatem damnabilem Heluidianam; *Vel*, si minus, male eius asserti Damnabilitatem; peius vero Damnari; necesse est. Quid hic dices?

Nobis expedita & Responsio est; Damnandum esse sententiam Heluidianam: & Ratio: Quia heres est contra S. Traditionem, S. Petrum, & Ecclesiae testimoniis infallibilem.

2. Deinde sentis recte; *Fuit Virgo in partu, & POST partum: & hoc est de Fide: tibiq; mox non recte dissensit isto: POSTEA permanisse Virginem, non est de fide, nec heres.* At, inquam, *Fuit POST partum Virgo;* ergo aut *POSTEA* permanit; aut *POST partum* non fuit. *Quia IN partu* perstitit Deiparae Virginitas illa sa: itemque & *POST partum*, vt credis bene, a nullo lelsa seu partu alio, seu genitore: ergo & *POSTEA* sic permanit illa sa at quoconque partu, aut viro altero. Nam *POSTEA*, est *Post partum*; & hoc *post partum*, est *postea*. Aut dic: a quo fuit *post partum* illa sa, & dñe potuit; & non item *postea*? Quid hic dices?

Nobis expedita est cum responsio: *Post partum*, hac in re, est *Postea*; & contraria tum ratio: *Quia sic Traditionis est, nil queras ultra. Age: Quicquid in rebus sacris credendum assertur CONTRA, vel, vt vultis, EXTRA S. Scripturam; idem militat proinde utrumq; contra Fidem, & contra Scripturam; estque heres.* At Heluidiana sententia est talis: *EXTRA Scripturam: vt nobis consentis;* Ergo, per Vestrum Consequens, est & *CONTRA* Scripturam, Fidei mique vestram; que nil credere vult, nil debet, nisi in Scriptura contentum; vt ipse ait. Ergo eadem Heluidiana sententia est Heres: quod tu negas. Confirmo: quia extra Scripturam est de re sacra; in qua definitur Ecclesia Uniuersalis Consensus ex Traditione sacra non scripta. *Qui autem Ecclesiam non audierit, sit tibi scutum ethnicus.*

- II. D O C E O. *Quoniam te, Minister, repente Magister noster factus; sed a te ipso: (nox Antidicomaritanate hereticum fecit) Quoniam te,* inquam tuusmet verbis tibi reddis, *neg, in Patribus,*

bus, neque in Theologis multum Benè esse versatum anim. aduerto; docebo te breuiter, quid in hac re Patres, & Theologsentiant.

Heluidiana sententia contineri in Scriptura VIDETVR; & CONTINETVR quodam modo.

I. VIDETVR apud D. Thomam in 3.p.q.28. a.3. ita contra Veritatem obiicientibus.

1. Dicitur Matt.1. Antequam conuenirent, Maria & Ioseph, inuenient in utero habens de Spiritu S. Non autem diceret, Antequam conueniret, nisi de conuenturis. Quia nemo dicit de Non pransu-ro, antequam pranderet. Ergo videretur quod B. Virgo quandoque conuenit carnali copula cum Ioseph: & non permanit Virgo post partum.

2. Dicitur ibidem: Ne timeas Mariam accipere Coniugem tuam: coniugium autem consummatur per copulam carnalem: ergo haec aliquid inter eos interuenierit.

3. Ibidem subditur: Et accepit Coniugem suam, & non cognoscet eam, DONEC peperit filium suum primogenitum. DONEC consuevit determinatum tempus significare, quo impleto fiat id, quod usque ad illud tempus non siebat. Verbum autem cognoscendi ibi ad coitum refertur: vt Gen.4. Adam cognovit uxorem suam. Ergo.

4. Primogenitus non potest dici, nisi qui habeat fratres subsequentes: vt Rom.8. Quos preservavit conformes fieri imaginis Filij eius; vt sit Ipse Primogenitus in multis fratribus: at Christus fuit Mariae Primogenitus. Ergo.

5. Dicitur Ioan.2. Post hoc descendit Capharnaum ipse Christus, & Mater eius, & Fratres eius.

6. Dicitur Matt.27. Erant ibi, iuxta crucem, mulieres, &c. inter quas erat M. Magd. & Maria Iacobii & Ioseph mater; at haec videtur esse etiam Mater Christi: Diciture enim Ioan.18. Stabat iuxta crucem IESV Maria Mater eius. Ecce quod VIDETVR esse in Scriptura pro Heluidio, contra te ac tuos.

II. Nunc quod CONINETVR quodammodo, contra Heluidium, & Te, ac Tuos in Scriptura, discebo. Ezech.42. Porta haec clausa erit, & NON APERIETVR, & VIR non transierit peream; quoniam Dominus DEVS Israel ingressus est peream.

Quod exponens Augustinus, serm.14. de Nat. Dom. dicit: Quid est porta in Domine Domini clausa, nisi quod Maria SEMPER erit intacta? Et quid est; homo non transibit per eam, nisi quod Ioseph non cognoscet eam? Et quid est: Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quod Spiritus S. impragnauit eam, & Angelorum Dominus nascentur per eam? Et quid est, clausa erit in aeternum; nisi quod Maria Virgo est ante partum, & Virgo in partu, & Virgo POST partum: Haec D. Thomas. Qui istius Congruentias subiungit ibidem quaternas: quibus duas addit Toletus in Luc. c. 1. Annot. 96.

Acadnotat idem ibid. in Annot. III. Haec Ezechielis verba non possumus accommodare illi Templo materiali; nulla enim talis porta in eo erat, quae Principi esset clausa. Necesse est igitur eam esse B. Virginem, per quam Christus ingressus est in hunc mundum. Quae si verba consideres, ter dicta est CLAVSA: quia ante partum, in partu, & post partum Virgo permanxit. Imò Causa affertur, quare post partum Virgo fuit: quia, inquit, Dominus ingressus est per eam. Non enim decebat hominem peccatorem per eam ingredi portam, per quam ingressus fuit Saluator hominum.

Ecce tibi Theologos, & cum hisce classem totam Theologorum quā Scholasticorum, quā Biblicorum, quā Ecclesiasticorum sive Homiliistarum: quos tu despicias tuo pro superciliori.

III. DISCE, quod & S. PATRES idem & sentiant, & scribant. S. Ambr. lib. de Institutione Virginum, cap. 7. & 12. & epist. 81. S. Hieron. in Commentariis illius loci. S. Chrysostomus homil. de Ioan. Baptista. S. Augustinus serm. 14. de Natiu. Dom. Damascenus lib. 4. de fide, cap. 15. Amphilius Iconij Episcopus homil. de purificatione: qui Patres seculis scribentes docet, quo modo sint intelligendi. Quos, aliosque apud Pet. Canisium vide in Mariali, verbotim reddere longum nimis caderet, ac molestum: In qualibet stamen recitationibus tu places ibi ostentabundè Minister; Sed alio nec fructu, nec fine; quam vt Apologia tua grandescat, & testimonii inspirata videatur, sufficiatque magis sit, quam suffulta.

IV. Discere denique quae ex Scriptura, & S. Patribus ad illas Heluidianas ratione nunculas respondet solidè S. Thomas ibidem: Teque refutet negantem, quod Heluidy sententia sit Hæresis. Ita porto S. Thomas. *Absq[ue] dubio detestandus est ERROR Heluidy; qui dicere presumit, Matrem Christi POST partum à Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse.* &c. Quod 1. Derogat Christi perfectionem. 2. Iniuriam facit Spiritui Sancto. 3. Derogat dignitati Matri. 4. Iosepho esset presumtuosum. &c. Et ideo simpliciter est afferendum; Quod Mater Dei, sicut Virgo concepit, & Virgo peperit: ita etiam & Virgo Post partum IN SEMPER NVM PERMANIT. Sic & OMNES Thomistæ, id est, securi Theologi Pontificij.

Deinde RESPONDET AD I.S. Thomas: Hieronymus dicit lib. contra Heluidium. Hæc præpositio ANTE, licet sèpè consequentiam indicet; tamen nonnunquam ea tantum, quæ prius cogitabantur, ostendit. Nec necesse est, ut cogitata fiant; cum ideo aliud interuenerit, ne cogitata fierent. Sicut, si quis dicat, Ante, quam in portu pranderem, nauigauit; non intelligitur, quod in portu prædeat postquam nauigauit; sed quia cogitabat in portu transurus. Ita, Ante, quæ conuenirent, inuenta est in utero habens de Sp. S. Non quod postea conuenierint; sed quia, dum videntur conuenturi, præuenit conceptio: ex quo factum est, ut ultius non conuenient.

AD II. Augustinus lib. de nupt. & concup. Coniux vocatur Mater Dei ex priori desponsationis fide; quam per concubitum nō cognoverat, nec fuerat cognitus. Ut enim dicit Ambro. in Lucam: Non Virginitatis exceptio; sed coniugi testificatio, nuptiarum celebratio declaratur.

AD III. Chrysostomus ait, id intelligendū de cognitione NOTITIAE, non COITVS. &c. Hieronymus ait, de cognitione Coitus. Sed *Vfz*, vel *Donec* aliquando significat definitum tempus, *Gal. 3*, aliquando Infinitum, *Psalm. 122*. Et hoc modo significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent: cæ: era verò nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et sic dicitur Matrem Dei non esse cognitam à viro *vfz* ad partum: ut

multò magis intelligamus, cognitam non fuisse post partum. &c.

AD IV. V. VI. Vide ipse D. Thomam: ac DISCE ex ipso, non ex me, tibi effictim despecto: Quod spernere scio; tu forte nescis admirator tui, Magister. Ne sat Minister quidem, sed pseudopatruus.

AD S. PATRES à te prote citatos (in quibus & Erasmus tibi numeratur: Numirum, sicut arama cupit Muscerda videtur) iam ipse tibi respondisti ex B. Rhenano in Tertullianum dicente: Sed HÆC sunt boni consilenda, presertim in tam vetusto autore. 2. Respondit Toletus, Tertullianum in hoc grauerit & impie trasse. Nec Patrum sententia coniungenda est cum ER RORE Tertulliani.

3. Respondeo ego: Tertullianus, iam tum Marcionita hæreticus, amplexabatur Traditiones solas, in S. Patribus scriptas: at, nusquam scriptas ab vlo, rejiciebat, oppugnans Ecclesiam Romanam. Inter hasce autem non scriptas tum temporis erat hæc: B. Virgo in partu, & post partum permanit Virgo. Quocirca, damnatus eatenus in Heluidio ab Ecclesia, non est in testem hac in causa idoneus. Sed infra de Apertione vulvæ pluscula. Hæc breuiter de perpetua Virginitate Mariana.

RESPONDEO AD II.

De Ecclesiæ Rom. Definitione, quod Perpetua Virginitas S. Marie sit de Fide?

MINISTER Heluidianizans, Iouinianizans, Anti-dicomarijizans, pernegat. 1. Quia non continetur in Scriptura. 2. Quia non dicitur, Non cognoscam; sed non cognosco. &c.

RESPONDEO tuis verbis Tibi; Minister: Quoniam tenetq[ue] in Patribus, neq[ue] in Theologis multum Bene versatum animaduerto; docebo te breuiter, quid in hac re Patres, & Theologis sentiant.

PERPETVAM Virginitatem Deiparæ Credo, Confiteor, & Confirmo etiam quod sit de fide: & contrarium sit hæresis. 1. Quia sic Tradition. 2. Sic apparentia ex Scriptura: 3. Sic S. Patres: